Fragmentarium

moiſen. Murmurauit autem
omnis multitudo filiorum iſrahel ſe
quenti die contra moiſen et aaron
dicens. Vos interfeciſtis populum domini
Cumque oriretur ſeditio et tumultus
increſceret. moiſes et aaron fuge
runt. ad tabernaculum federis. Quod
poſtquam ingreſſi ſunt operuit nubes
et apparuit gloria domini. Dixitque dominus
ad moiſen Recedite de medio huius
multitudinis/et iam nunc delebo
eos. Cumque iacerent in terra. dixit
moiſes ad aaron. Tolle thuribulum
et hauſto igne de altari mitte incen
ſum deſuper. pergens cito ad populum
vt roges pro eis. Iam enim egreſſa
eſt ira a domino et plaga deſeuit.
Quod cum feciſſet aaron. et cucur
riſſet ad mediam multitudinem. quam
iam vaſtabat incendium obtulit
thimiamata. et ſtans inter mortu
os ac viuentes pro populo deprecatus
eſt. et plaga ceſſauit. Fuerunt au
tem qui percuſſi ſunt quatuordecim
milia hominum et ſeptingenti. abſque
hys qui perierant in ſeditione cho
re Reuerſuſque eſt aaron ad moiſen.
ad oſtium tabernaculi federis. poſtquam
quieuit interitus Et locutus eſt
dominus ad moiſen dicens. Loquere
ad filios iſrahel. et accipe ab eis
virgas ſingulas per cognationes ſuas
a cunctis principibus tribuum vir
gas duodecim. et vniuſcuiuſque no
men ſuperſcribes virge ſue. Nomen
autem aaron erit in tribu leui.
et vna virga cunctas eorum famili
as continebit poneſque eas in taber
naculo federis coram teſtimonio
vbi loquar ad te. Quem ex hys
elegero. germinabit virga eius
et cohibebo a me querimonias
filiorum iſrahel. quibus contra vos
murmurant Locutuſque eſt moi
ſes ad filios iſrahel. et dederunt
ei omnes principes virgas per ſin
gulas tribus Fueruntque virge
duodecim abſque virga aaron.
Quas cum poſuiſſet moiſes coram
domino in tabernaculo teſtimonij

ſequenti die regreſſus inuenit ger
minaſſe virgam aaron in domo leui
et turgentibus gemmis eruperant
flores. qui folijs dilatatis in amig
dalas deformati ſunt. Protulit ergo
moiſes omnes virgas de conſpectu
domini ad cunctos filios iſrahel. videruntque
et receperunt ſingule virgas ſuas.
Dixitque dominus ad moiſen. Refer vir
gam aaron in tabernaculum teſti
monij vt ſeruetur ibi in ſignum rebel
lium filiorum iſrahel et quieſcant que
rele eorum a me ne moriantur. Fecit
que moiſes ſicut preceperat dominus. Dixe
runt autem filij iſrahel ad moiſen
Ecce conſumpti ſumus omnes peri
mus Quicumque accedit ad taber
naculum domini moritur. Num vſque
ad internecionem cuncti delendi ſu
mus?

Capitulum xviij

Dixitque dominus ad aaron. Tu
et filij tui. et domus patris
tui tecum portabitis ini
quitatem ſanctuarij. et tu et filij
tui ſimul ſuſtinebitis peccata
ſacerdotij veſtri. Sed et fratres
tuos de tribu leui. et ſceptrum patris
tui ſume tecum preſtoque ſint et mini
ſtrent tibi Tu autem et filij tui
miniſtrabitis in tabernaculo teſti
monij. Excubabuntque leuite ad
precepta tua. et ad cuncta opera
tabernaculi. ita dumtaxat vt
ad vaſa ſanctuarij et altare non
accedant ne et illi moriantur et
vos pereatis ſimul. Sint autem
tecum et excubent in cuſtodijs ta
bernaculi. et in omnibus cerimo
nijs eius. alienigena non miſce
bitur vobis. Excubate in cuſtodia
ſanctuarij et in miniſterio altaris
ne oriatur indignatio ſuper filios
iſrahel. Ego dedi vobis fratres
veſtros leuitas de medio filiorum
iſrahel et tradidi donum domino. vt
ſeruiant in miniſterijs taberna
culi eius. Tu autem et filij
cuſtodite ſacerdotium veſtrum
que ad cultum altaris pertinent
intra velum ſunt per ſacerdo

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9377, 14r – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-c6ij/2613/41649)